



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Theoctista Virgo. 10. Novembr.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

ar peccatis meis; quin te amem, quin lachrymis, &  
gemitibus dolorem meum palam faciam.

2. Non semel, quidem te in crucem egi sed saepissime,  
quoties nimis lethale peccatum admisi. An  
me mi? parvumne est, Jesum semel tam gravia passum  
esse? Quid? vis eum rursus crucifigere ut servias ami-  
co, libidini, voluptati? O crudelis voluptas, qua tot  
actantos dolores affert Christo Jesu?

3. Hoc ultimum crucis genus primo gravius est, &  
Christo injuriosius, quod ab iis qui recte illum no-  
runt, saepius in omni terrarum orbe, & ipsi maximè  
repugnanti infligatur: olim semel oblatus est, quia  
ipse voluit, nunc frequenter invitus affigitur cruci. Au-  
di peccator? quid in intimo corde exprobrat tibi Je-  
sus: Cur me graviori criminum tuorum cruci quam in illa,  
in qua quondam pependeram, affixisti? Aug.

## S. THEOCTISTA Virgo.

10. Novembr.

*Exibunt Angeli, & separabunt ma-  
los de medio justorum, & mittent  
eos in caminum ignis: ibi erit fle-  
tus, & stridor dentium. Christus*  
Matth. cap. 13.

*R*ectius hoc die Lesbos Theoctistam,  
quam olim Sappho suam laudat. Apage  
decide-

W

decimam Musam , quæ Virgo non est. At  
 quam scribimus Theoctista, inter Virgines la-  
 cras à primis annis educata Virginitatem e-  
 tiam ipsa spitat, gratissimum odorem illi cui o-  
 doratum mundus non abstulit. Et potuere  
 Theoctistæ libertatem eripere Arabes prædo-  
 nes, sed non pudorem proinde , ut qui nun-  
 quam expugnatur , nisi ubi à proditore animo  
 habitatur. Itaque cùm vivere inter latronis  
 animorum se videret , in silvas aufugit horri-  
 das & metuendas , sed fidas semper Virginile  
 tebras. Hic ad templi rudera castissima Sacer-  
 dos preces cœlo facere , corpusculum herbis,  
 animum cœli delitiis pascere. Tandem cùm  
 annos vixisset V. supra XXX. & veste jam de-  
 fluente foliis pudorem tegeret , Venatori vila  
 est, pro monstro utique habenda; si vox & vir-  
 tus non prodidissent. Texit tunc suis vestibus  
 hic, & anno vertente Cibo Divino recreavit.  
 Sed cùm à venatione denuò ad illam viseret,  
 exanimem reperit, & de tam nobilibus exuviis  
 manum sibi dexteram abstulit. Verùm cùm  
 non nisi restitutâ hâc solvere è portu potuiss-  
 set, narrassetque miraculum sociis , accurre-  
 runt hi venerabundi, sed nihil quidquam præ-  
 ter virtutis vestigia invenerunt. Dubitarem  
 à quibus ablatum corpus foret castissimum,

nisi

(§ 323) (§ 4)

nisi tumulari Virginitatem ab Angelis Catharina doceret. Ex Metaphr.

## MEDITATIO.

### De bonorum & malorum permissione.

1. Placuit Deo, bonis malos hoc in mundo permis-  
cere, tum, ut mali bonorum exemplo ad bonam  
frugem redirent, tum ut boni haberent, in quo patien-  
tiam, & alienæ salutis studium exercearent. Noli imi-  
tari, nec aspernari malos, quibus fortè nobilior in  
cœlo locus, quam tibi præparatur. Omnidò nescis,  
utrum graviora quam ipsi crimina sis patratus.  
Heu! si te tibi permitteret Deus, nullum est pecca-  
tum tam grave, quod non admitteres.

2. In hac vita mala bonis, & bona malis permixta  
sunt: nemo est tam miser, quin solatio vel cœlesti, vel  
humano recreetur, nemo item est adeò felix, quin  
dolore aliquo afficiatur. Perfectam hoc in mundo fe-  
licitatem frustâ speramus, ii tantum sunt felices, qui  
acquiescant in divina voluntate. Pauperes sunt, paupe-  
rie delectantur; lugent, lugere gestiunt, infirmi sunt, infir-  
mitate latantur. Salv.

3. Supremo Judicii die separabuntur mali de medio  
justorum, hi à sinistris; illi à dextris collocabuntur:  
tunc justorum sanctitas, tunc malorum patebit impro-  
bitas. Virtutis simulator, quid tunc dicturus, & fa-  
cturus es: Boni ad cœlos ascendent, mali ad infernum

W 2

detru-

detrudentur: & ubi ceciderit arbor, ibi erit in æternum.  
Hæc meditare, & cum tempus est, consule animæ tui,

## S. MARTINUS Episcopus.

II. Novembr.

*Vigilate, & orate, ut non intretis in  
tentationem; spiritus quidem  
promptus est, caro autem infirma.*

Christus Matth cap 26.

**E**Xistimaverat Martinus Neophytus etiam-  
num, mediâ chlamyde suâ medium pau-  
perem utcunque se texisse; sed in sequenti no-  
cte totum eâ se vestisse Christum vedit: Pont.  
Turonensis Divorum aspectu atque adeò fa-  
miliaritate, Cœli præsertim Reginæ, inter  
Theclæ & Agnetis comitatum, jucundissimè  
perfruebatur. Bonorum Angelorum manu  
palam adjutus, malorum fana & simulacra  
subruit: Quanti Sacerdotii majestatem face-  
ret, tunc ostendit, cùm eam imperatoriæ an-  
tehabuit, primūmq; in epulo poculum præ-  
bibens non Imp. Maximo, sed Sacerdoti suo  
porrexit. Quin ipsam imperatricem famulam  
ad mensam habuit, & tum hæc se basilicè vi-  
xisse putavit, cùm micis, quas reliquas fecit

Marti-